πίλος pilus. **N**am genus a genere latinum est magis: quomodo mu-
nus a munero: quibus enim huiuscemodi adiacent uerba: sine dubio
latina sunt. **Di.** quæ pars orationis est. **Ma.** coniunctio. **Di.** cuius
potestatis. **Ma.** copulatiua: ordiis postpositiui: figuræ simplicis. **Di.**
fac ab ea cõpositum. **Ma.** atq; neq; itaq; quoq; : & cætera supradi-
cta. **Di.** cuius accentus. **Ma.** enclitici: idest suum accentum inclinãt
in syllabam extremã ante se positæ dictionis: hæc autem & aliæ duæ
coniunctiones habent ne ue. **Di.** euertere quæ pars orationis est. **Ma.**
uerbum modi infiniti: formæ perfectæ: coniugationis tertiæ correptæ
Di. quare. **Ma.** quia correptam habet e penultimam. **Di.** cuius gene-
ris siue significationis. **Ma.** actiua: figuræ cõpositæ. **Di.** exqui us?

Ma. ex duobus integris: ex e praepositione & uerto. **Di.** dispone uer-
bū: **Ma.** tēporis praesentis: numeros enim & psonas infinita nō habēt
unde & nomē acceperūt a defectiōne numeroꝝ & personaꝝ. **Di.** decli-
na: **Ma.** euerto bam: eueri erā tā. **Imperatiuo** modo euertere tito. **Op-**
tatiuo modo utinā euertere issem tā. **Subiunctiuo** modo cū euerā rē
rim issem ro. **Infinitiuo** modo euertere isse euersum ire. **Impsonalia** c/
uertitur batur euerfū ē uel fuit: euerfū erat uel fuerat euerret. **Impati-**
uo i praesēti euerat futuro eueritor. **Optatiuo** utinā euerteretur euer-
sum esset uel set: tatur. **Subiunctiuo** cū euerat ret: euersum sit uel rit.
euersum esset uel set euerfū erit uel rit: **Infinitiuo** mō eueri: euersum
esse uel se. euersum iri: gerundia uel picipalia noīa sunt hae: eueren/
di do dū: euersum su: picipia actiua euerent surus passiua euerfus e
uertendus. **Di.** cur euerto eueri facit? **Ma.** quia hoc solū ante tr ha/
buit in hac coniugatione. i. in tertia & mutauit o in i & facit praeteri-
tū. In picipio tamē praeterito passiuū p t s habuit uersus. etiā i uerbo
uero uersus fit picipiū eiusdē tēporis. **Di.** fac ab eo frequētatiuū: **Ma.**
euerfo as at. tito as at. **Et** sciendū q̄ plerūq; solent frequētatiua a parti-
cipio praeteriti tēporis fieri: ut scribo tus tito tas tat: domo tus ti to-
tas tat: curro sus so sas sat: & currito tas tat. **Video** sus so is it: ergo &
uersus uerso uersas hinc est & uersutus & uertūus & uertex & uertigo
& uerticulū & uersura. **Di.** gētē quā ps'oratiōis est? **Ma.** nomē. **Di.**
quale? **Ma.** appellatiuū: generis feminini numeri singularis: casus
accusatiui. **Di.** dic nominatiuū? **Ma.** gens: quia noīa in ns rs ls desi-
nētia interposita ti faciūt genitiuū: ut mōs mōtis mars martis: puls-
tis: exceptis differētia causa frons & lens: quā cū faciūt per tis geniti-
uū significāt gr̄ace fontis τὸ ἀέ το πον & lētis ἠ φ ακή cū autē per dis
faciūt genitiuū frō dis significāt τὸ φ ὄ λ λ ο ν: lendis autē τὸ κ ο ν ἰ λ ἰ δ ἰ η
qd ē animal lēs tis legumē. **Præterea** libripens dis: quia a uerbo pēdo
cōponit cōsonātē uerbi seruat faciēs genitiuū p dis libripēdis. **Di.** fac
a gēte deriuatiua. **Ma.** hic & hae gētilis & hoc gētile. **Uide** autē ge-
nus a gēte deriuari: unde & genius & genialis & generosus & cōposi-
ta indigena ingenuus degener.

Atrina graui iādudū saucia cura. **Di.** scāde uersū. **Ma.** atre
ginagra: uiian: dudū saucia: cura. **Di.** dic castrās. **Ma.** semi-
quinariā atre ginagra: ui. **Di.** quot figuræ ē? **Ma.** decē: hēt
enī tres pedes spōdeos & duos dactylos. **Di.** tracta pedes. **Ma.** atre:
ginagra: uiian: dudū saucia cura. **Di.** ptes orationis quot habet. **Ma.**

septē. quattuor noīa: regina grau i saucia cura. **Di.** & quid aliud. **Ma.** unā cōiūctiōe at: & duo aduerbia iam dudū. **Di.** at quā ps est. **Ma.** cōiūctio. **Di.** cōiūctio quid est. **Ma.** ps orationis cōnectēs ordināsq; sentētīā. **Di.** quot accidūt cōiūctiōi. **Ma.** tria. **Di.** quā. **Ma.** potestas ordo figura. **Di.** cuius potestatis. **Ma.** copulatiua. ē tamē etiā & aduerfatiua quā graci ἐνην Τιω ατ Τικου σιου cāt: sicut etiā hic. **Nā** a nea quiescēte regina turbatur. quod ē cōtrariū. **Di.** cuius ordinis. **Magi** ster cōmunis: licet etiā postponere eā quomodo & : sed causa metri: quod fere in omnibus potest iueniri cōiūctiōibus. **Di.** cuius figura. **M.** simplicis. **Di.** fac ab ea cōpositū. **Ma.** atq; **Di.** quē habet accentū **Ma.** grauem in uersu quomodo omnes prapositionū coniuñctiōes. **Di.** quā pars orationis est regina: **Ma.** nomē: speciei deriuatiua: **Di.** dic primitiuum. **Ma.** rex. **Di.** hoc quoq; unde nascitur. **Ma.** a rege uerbo idest ἐϋϋνω: unde genitiuum in gis terminat: & dicitur autē hoc γένος κοινόν ἐν ὄνομασιν ἀληκτον nec i toto fixum nec i toto mobile & omnia quacūq; masculinum habent tertiā declinationis fœmininum faciunt primā: ut rex regina: leo leana: draco dracena: hospes hospita: sospes sospita: leno lana: strabo straba. & si qua alia similia inueniantur. **Est** autem hoc nomē idest rex & regina uerbale: quia a uerbo nascitur: ex hoc tamen quoque sit uerbum denominatiuum idest a nomine deriuatum regno regnas. **Di.** quale nomen ē. **Ma.** appellatiuum generis fœminini: numeri singularis: figurā simplicis hic casus nominatiui: declinationis primā. **Di.** quā deriuant ex eo. **Ma.** a rege regius regalis. **Discipulus** quid interest inter regium & regale. **Ma.** regius possessiuum: regalis uero ad claritatem pertinet. idest dignum rege. **Di.** dic dimminutiuum eius. **Ma.** regulus & regillus quā etiam propria inueniunt. unde puto etiā regula dici qua mensura exequatur: q̄si mensura regens. **Di.** dic cōpositū ab eo. **Ma.** iterrex regiscus. **Di.** graui quā ps oratiōis ē. **Ma.** nomē adiectiuū speciei primitiuā generis cois. **Oīa.** n. cō: a sunt adiectiua i is definitia & i e faciunt neutq; numeri singularis figurā simplicis: ca: ablatiuū. **Oīa** enī supra dicta formā noīa in e termināt ablatiuū. **Di.** fac deriuatiuū ab eo. **M** grauior grauissimus grauitas & grauida hic & hac grandis & hoc grāde & grādo & uerbū grauo as. **Di.** iā quā ps orationis est. **Ma.** aduerbiū. **Di.** aduerbiū quid est. **Ma.** ps orationis & reliq;. **Di.** quot accidunt ei. **Ma.** tria: significatio & reliqua. **Di.** cuius ē significatiōis. **Ma.** ēporis figurā simplicis. **Di.** quā habet accētū. **Magister** grauem &

omnia fere monosyllaba prapostitiua nisi differētiæ ratio phibeat ut nequādo **ovk** significat grauat quando uero **inca. d. h.** circūflectit. Sic quādo similitudinis ē circūflectit quādo iurātis grauat: ut sic tua cir/ neas fugiāt examina taxos. **Di.** dudū quæ ps oratiōis est. **Ma.** aduer/ biū tēporis. & ē sciēdū q. utrūq. i. iā & dudū nō solū de præterito tē/ pore dicit: sed etiā de futuro: iādudum sumite pœnas: quomodo etiā quando aliquādo olim unq. hæc omīa tam præteritū q̄ futurū possūt significare & putant quidā dudū quasi diudū dici: hæc enī syllaba. i. dū solet explicatiua inueniri ut quidū a gedū ad esdū. **Di.** saucia quæ ps est. **Ma.** nomē. **Di.** quale. **Ma.** appellatiuū speciei deriuatiuæ siue picipialis. Nam a picipio sauciatu nascitur saucius quō a lassatus lassus: a laceratus lacerus & lacer. Sic enī **Quidius vi. methamor.** **Di** cura quæ pars est. **Ma.** nomē. **Di.** quale. **Ma.** appellatiuū ipsius rei potest tamē & de alia re intelligi. **Scimus** enim quia **Vir.** apud iferos inter monstra habitātia in faucibus inferorū ponit etiā curas quasi de as aliquas: ut ultrices posuere cubilia curæ: & quæritur utrū uerbum ex re an res ex uerbo nascat. & potius antecedit uerbi actus i hoc noie quia sine re esse nō pōt: nec. n. cursus itelligi pōt sine currete nec cogi ratio sine cogitate: sic ergo nec cura sine curate: uidet ergo esse deriuatiuū uerbale a uerbo curo as at. **Di.** dic nōia deriuata ex: eo. **Ma.** curio sus curaculus curator curatio curatura curia curialis. **Composita se/ curus** obscurus tricurium & quidā putant ab eo curam dici quod cor urat uel agitet.

Interea mediū aneas iā classe. tenebat. **Di.** quot cæsuras ha bet. **Ma.** semiseptenariā. ut **Interea** mediū aneas. **Di.** quot figuræ. **Ma.** decē habet enim tres dactylos & duos sponde os. **Di.** tracta singulos pedes. **Ma.** Intere. a medi: a ne: asiā. classete. nebat. **Di.** quot ptes orationis habet hic uersus. **Ma.** septē: nōia tria medium aneas classe: uerbū unū tenebat: duo aduerbia iterea & iam **Di.** iterea quæ ps orationis est. **Ma.** aduerbiū. **Di.** cuius significatio nis. **Ma.** tēporis: pōt tamē & loci esse speciei deriuatiuæ: ab in enī de riuat iter: ex quo hoc aduerbiū cōponit ex integro & corrupto iterea **I**deo autē corruptū dicimus ea: quia cū sit neutrū plurale debuit cor/ ript: sed quia factū est aduerbiū pducit a: in omni enim aduerbio cū sit finalis a producitur. excepto ita potest tamen ablatiuus itelligi sin gularis: qui i cōpositione solet huiuscemodi iueniri: ut quocirca qua/ propter. **Di.** medium quæ pars orationis est. **Ma.** nomen. **Di.** quid

est nomen. **Ma.** secundū donatum pars orationis cū casu corpus aut rem proprie cōiterue significās secūdū appoloniu ps orationis quæ si gularium corporaliū res; uel incorporaliū subiectōrū qualitātē ppriā uel cōmunem manifestat. **Di.** quot accidūt nōini? **Ma.** sex: qualitas: species: genus numerus figura casus. **Nā** cōparatio generale accidēs nō est. **Di.** quale est hoc nomen? **Ma.** appellatiuū. **Di.** cuius speciei? **Ma.** adiectiua. est tamē ad aliquid & mobile; & uidet̄ et̄ deriuatiuū esse a modo: hoc est mensura: unde est & modus: & differentia: causa medius mutat o in e: uel a græco dictū est μέσος medius. **Sciēdū** tamen q̄ omnia adiectiua appellatiuorū in us desinētia mobilia sunt excepto uetus ueteris: quod antiquissimi ueter dicebāt. **Di.** cuius generis? **Ma.** neutri. **Di.** dic masculinū? **Ma.** medius: ex quo fit media medium: **Omnia** enī tam in us q̄ in er desinentia adiectiua si sint secundā declinationis: cū apud græcos uel cōmunia uel mobilia iueniātur: sine dubio mobilia sunt Τύχηρος Τυχῆρα Τυχῆρον: hic fortunatus hęc ta hoc tū ἀγαθός ἀγαθή ἀγαθόν bonus na nū: δῆμιόφορος δῆμιόφορος καί Τόη ἀιοφόρον armiger ra ger. οἱ ἐρῶσα: οη sacer ra crū **Di.** cuius numeri? **Ma.** singularis: figura simplicis: casus accusatiui. tenebat. n. uerbū accusatiuū exigit. & tamen oībus neutris idē casus notatiuus accusatiuus & uocatiuus ē. **Di.** cuius declatiōis? **Ma.** secundā. oīa enī in um desinētia secundā sūt declatiōis. **Di.** fac ab eo deriuatiuū. **Ma.** medietas mediocris meditullū. **Medicus** quoq; uidet̄ in de dictus: quia tēpantia mediū ē iæqualitatis quæ solet fieri ex cōtrariis elemētis. **Mediastinus** quoq; i die uidet̄ cōponi. quia medias partes balnei tenet: hoc est i medio lauantiū stat: mediterraneus & mediana & medianimal aduerbiū mediæ uerbū ab eo cōpositū dimidio dimidias inde dimidiatus. **Di.** aneas quæ ps est? **Ma.** nomen propriae qualitatis speciei primitiuae generis masculini numeri singularis figuræ simplicis casus nominatiui declatiōis prima. **Di.** quæ? **Ma.** quia omnia græca in as desinentia si apud illos i oy diphthogū effert̄ genitiuus apud nos sine dubio sunt primæ mutata oy in æ: ut ἀἰνεῖσθαι ἀἰνεῖσθαι aneas aneas. atiqui tamē huiuscemodi noia absq; s solebāt pferre: quod **Terēti.** ubiq; facit solia birrhia: **Iuu.** ceu marsya uictus **Di.** fac ab eo quod ē aneas deriuatiuū? **Ma.** possessiuū aneius eia iū. **Et** secūdū apuleium aneicus ica cum. In epitomis hystoriae. **Aeneica** gens patronymicum aneades secundum analogiam. **Nam** in as uel in es desinētia si faciunt in cy genitiuū græcū in ades faciūt patrony

mica. Itaq; hoc usus ubiq; ē p̄cetera. Aeneada i ferrum p̄ libertate ruel
 bāt: defelli aeneada. In uno tamē loco auctoritate poetica aeneides dī
 xit. Sit satis aeneida telis ip̄pune numanū oppetiisse tuis quasi ab aene
 us nominatiuo: sicut a peleus pelides. Vnde in p̄cetera suo aeneis in
 scripsit: qđ est foemininū aeneida. qđ p̄ syneresim aeneidē dīxit sicut
 pelides p̄ peleides. **C**eterū secūdu analogiā ab aeneada eas dis. debe
 bat dici. **D**i. iā quā ps orationis ē. **M**a. aduerbiū tēporis: speciei pri
 mitiua: figurā simplicis. **D**i. quē accētū recipit. **M**a. p̄ se acuit: in uer
 su autē grauat. nisi encliticū ei adiungat: ut iamq; tunc enim acuitur
Di. clallis quā ps orationis ē. **M**a. nomē appellatiuū: speciei deriua
 tiua secūdu quoidā quidā autē inde deriuatū esse putat ὀπὸ τῶν κα
 λῶν. Est autem omonymū uel uniuocū: nā plura significat & nauū
 multitudinē & hominū collegia: quā ὄλλογον uocāt grāci & equi
 tū ordines. **D**i. fac deriuatiuū. **M**a. classicus a um. **S**onitus tubarum
 classica inde nōiantur: quia classes equitum ordines uocāt: ut dictū
 est qui maxime utunt tubis. **D**i. tenebāt quā ps. **M**a. uerbū. **D**i. uer
 bum quid ē. **M**a. secundum donatum ut supra dixi. **S**ecundum ali
 os uero ps orationis ē cum tempore & modis sine casu actionē siue
 passionē significās. **N**ō enim omnia uerba p̄sonas habēt ut īfinita &
 īpersonalia & gerundia: oportet autē diffinitioēs generales esse. **D**i.
 qualitas uerborū in quo est. **M**a. in modis & formis: generis siue signi
 ficationis actiua. **D**i. declina. **M**a. **I**ndicatiuo modo teneo. praterito
 īperfecto tenebā: praterito p̄fecto tenui: praterito plusquā p̄fecto te
 nueram: futuro tenebo. **I**mpatiuo modo tēpore prāsenti ad secundā
 & tertiam p̄sonā tene teneat nete ant: futuro teneto tu teneto ille tene
 amustenetote ant uel tenēto. **O**ptatiuo modo tēpore prāsenti & prate
 rito īperfecto utinā tenerē praterito p̄fecto & plusquā p̄fecto utinā tenu
 issē. futuro utinā teneā. **C**ōiūctiuo mō tēpore prāsenti cū teneā prateri
 to īperfecto cū tenerē praterito p̄fecto tenuerim praterito plusquā p̄fe
 cto tenuissem: futuro utinā tenuero. **I**nfinitiuo mō numeris & p̄sonis
 tempore prāsenti & praterito īperfecto tenere praterito p̄fecto & plus
 quam p̄fecto tenuisse: futuro tentum ire uel tenturum esse. dicitur
 tamen & a tendo dis tentum ire. sed in illo etiam tensum possumus
 dicere. **I**n hoc autem tentum ire dumtaxat. & similiter in omnibus
 quā per huiuscemodī uoces participiales proferuntur. **S**unt autem
 supina duo: & infinitiuum futuri necnon prateritum in passiuis &
 infinitiuis impersonalium quā similia sunt passiuis tentum esset uel

fuiſſet, & tentum eſſe uel fuiſſe: tentū iri uel tenſum iri. **Di.** quæ diffe-
rentia eſt inter finita paſſiui & iſperſonalis? **Ma.** quia paſſiuum uerbo
eget tantū modo: ut amari uolo: oſtendo enī me pati uelle aliquid ab
alio. **Impersonalis** enī nō ſolum uerbo ut pote iſinitū: ſed etiam certa
aliqua perſona ſiue per p̄nomen ſiue p̄ nomen eget utpote iſperſonale
Si enim dicā amari a me uolo: p̄ amare accipit̄ quod eſt actiuū. **Imp/**
fonale autē ſemper actiuā uim habet: gerūdia tenendi do dum. tentū
tentu p̄cipia ueniūt a uerbo actiuo duo præſentis tēporis & futuri.
præſentis tenēs: futuri tenturus. **Di.** declina etiā paſſiuū? **Ma.** indica-
tiuō mō tēpore præſenti teneor: præterito iſperfecto tenebar præterito
p̄fecto tētus ſum uel fui præterito pluſq̄p̄fecto tētus erā uel fuerā futu-
ro tenebor. **Impatiuo** modo. t. p. ad ſecūndā & tertiā perſonā tenere te-
neat̄ teneamur amini antur futuro tenetor tu tor ille teneamur tene/
minor tenētor. **Optatiuo** mō. t. p. & præterito iſperfecto utinā teneret
præterito p̄fecto & pluſq̄p̄fecto utinā tētus eſſem uel fuiſſem: futuro
utinā tenear. **Subiūctiuo** mō. t. p. cū tenear præterito iſperfecto cū tene-
rer: præterito p̄fecto cū tētus ſim uel fuerim præterito pluſquāp̄fecto
cū tētus eſſem uel fuiſſem futuro cum tētus ero uel fuerō. **Infinitiuo**
mō teneri tētū eſſe uel fuiſſe tētū iri. **Participia** duo præteriti tentus:
futuri tenendus: nomē uerbale tētor: ſcemininū tētrix: ipla res tētio
Di. cur teneo tenui. & teneor tētus ſum? **Ma.** quia omnia in eo deſi-
nētia faciūt ſic præteritū: ut monco monui moncor monitus ſum: ſe-
neo ſenui. **Excepto** maneo ſi: & māſus ſum: & neo neuī & netus ſum
Sic faſ lachrymās claſſiq; imittit habenas. **Di.** caſuras. **Ma.**
ſemiquinariā & ſemiſeptenariā. **Sic** faſ lachrymās claſſi. **Di**
quot figurarū eſt hic uerſus. **Ma.** decē. **Di.** cur? **Ma.** quia ha-
bet duos dactylos & tres ſpōdeos: **Di.** tracta ſingulos pedes? **Ma**
ſicfa. turla chry. māſclaf: ſiquin: mittitha. benas. **Di.** quot præſ oratio-
nis habet hic uerſus? **Ma.** ſeptē: noīa duo claſſi habenas: uerba duo
faſ imittit: p̄cipiū unū lachrymās: aduerbiū unū ſic: & cōiunctionē
q;. **Di.** ſic quæ præſ orationis eſt? **Ma.** aduerbiū ſignificationis ſimilitu-
dinis & ſpeciei primitiuæ: figuræ ſimplicis. **Et** eſt ſciendum q; omnia
in e deſinentia producuntur: excepto donec: nam nec inter cōiun-
ctiones ponunt. **Di.** quem accentum habent? **Ma.** circumflexum: ni-
ſi iurandi tunc enim grauatur ut apud **Virgilium**. **Sic** tua cirneas fu-
giant exāina taxos: **Sic** quando ut uel uti ſubiungitur ci: ut ſic dixit
ſicuti iuſſit. **Di.** fatur quæ pars eſt? **Ma.** uerbum modi indicatiui: for-

ma perfecta:coniunctionis primæ: generis uel significationis depo/ nentis. numeri singularis. figura simplicis temporis presentis perso/ na: tertia. **Di.** declina: **Ma.** indicatiuo for fabar fatus sum uel fui: fa/ tus eram uel ram fabor: **Imperatiuo** mō. t. p. fare fetur: femur amifi: fent. **Nam** in prima cōiugatione **Imperatiuo** modo secunda persona habet penultimā a: tertia uero e. quā seruat prima & tertia pluralis pr/ sona. nam secunda indicatiuū sequit suum in omni cōiugatiōe: ama re ametur amemur ni entur. **In** secunda uero coniugatione secunda quidem persona pductam habet e penultimā. **Tertia** autē a post e. ut docere doceat. quā seruat prima & tertia pluralis: ut doceamur doce mini doceantur. **In** tertia uero coniugatione e correptam habet penul timam secunda persona ut legere. tertia uero a quam seruat prima & tertia pluralis. ut legere legatur legamur legimini legātur: **In** quarta i penultimā habet productam: ut munire: tertia uero persona a post i quam seruat prima & tertia pluralis: ut muniatur muniatur muni/ mini muniātur: sed hæc in regulis uerbalibus latius tractata iuenies futuro fator tu fator ille fam: nor fantor. **Opeatiuo** modo utimā farer: praterito perfecto & plusq̄perfecto fatus esse uel fuissim: futuro uti/ nam fer: **Subiunctiuo** mō. t. p. cū fer: praterito iperfecto cū farer: præ terito pfecto cū fatus sim uel fuerim: praterito plusquāperfecto cum fatus essem uel fuissim: futuro cum fatus ero uel ro: **Infinitiuo** modo t. p. fari: praterito pfecto & plusquāperfecto fatum esse uel fuisse: futu/ ro futum iri: **Participia** ueniūt a uerbo deponenti tria: præsens præte ritū & futurū: præsens fans: unde infans qui loqui nō potest: præteri tum fatus ta tū: uturum faturus ra rum. **Et** ē se endū q̄ in omni uer/ bo qd̄ habet participiū præteriti temporis ex hoc per interpolationē ru facimus futurum: ut amatus amaturus: doctus docturus: dictus dicturus: exceptis paucis: mortuus moriturus: in quo secundum a/ nalogiam præteritum debuit esse moritus: **Nullum** enim participiū n geminat: **Similiter** orior ortus oriturus pro orturus: partus pari/ turus: erutus eruiturus. cassus cariturus: sed hoc quoq; i regulis uer borum planius tractauimus. **Discipulus** cur impersonale non habet hoc uerbum? **Magister** quia nullum in or desinens generat imperfo nale idest nec passiuum nec deponens nec commune: excepto uno misereor quod miseret facit impersonale ex contrario illorum quæ ex actiuis uel neutris nascuntur. **Nam** pleraq; illorum uel magis om nia. exceptis paucis passiuam habent declinationem tertiārum per/

sonarum: ut statur amatur quiescitur itur. **E**xcepta uero sunt contin-
go git placeo placet. euenio euenit: & uaco uacat: & iuuo iuuat: In
quibus tertiae similes sunt actiuae personae uel neutrali impersonaliū
Nam poenitet piget tedit pudet licet libet posittua sunt quibus libeo &
liceo dicatur. sed alterius sunt significationis libeo enim. g. licoo uel
licor: g. significant: antiquissimi tamen & poeniteo & pudeo & pigeo
& misereor dicebant. **N**omen participialia uel uerbale sandus da dū
pleraque enim uerba etiam si participia futura passiuā non habent no-
mina tamen huiusmodi formae pleraque habere inueniunt. **P**raeteri-
ta quoque pleraque participia in tus desinunt: & mutant tus in tor & faci-
unt nomen uerbale: ut amatus amator: doctus doctor: lectus lector
auditus auditor: sic ergo factus factor possumus dicere. **A**ntiqui tamē
etiam passiuē: proferebant factus pro dictus dicentes: factum dictū &
uisum dei. **I**dem enim esse dicit **P**lato factum uoluntatem & uisionē
dei. **D**iscipulus fac compositum ab eo quod est for factis. **M**agister
affor affaris affatur apud **V**irgilium. **A**ffaturque deos & sanctum sy-
dus adorat. **E**t sciendum quod rarissime simplicis prima persona non in-
uenitur in usu for: quomodo & a do dor: Ipsa res factus & factio & fa-
tum: **I**nde putant quidam etiam factus & nefactus dictum: quod iustum ē
dici uel taceri: ex quo factus & nefactus dies & factus & nefactus. **D**iscipu-
lus cur participium huius uerbi praeterito tempore a habet ante tus
Magister quia omnia quae in aui faciunt praeteritū in actiuis: & om-
nia cōmunia & deponentia priā coniugationis in atus a penultima
producta praeteritum participii faciunt: ut amo amaui amatus accu-
so aui accusatus: luctor luctus: osculor osculatus criminor tus. **D**isci-
pulus lacrymas quae pars orationis est: **M**agister. participium: **D**i-
scipulus quid est participium: **M**agister pars orationis partem capi-
ens nominis partemque uerbi: **D**iscipulus participio quot accidunt:
Magister septem. **D**iscipulus quae: **M**agister genus numerus figura
casus tempus significatio forma. **D**i. cuius generis: **M**a. cois triū generis
Oia enim participia praesentis temporis triū generis sunt: & in duas desinunt
cōsonantes n & s. **N**ā & si naturaliter quaedam ad solos pertinet mares: ut
futuro & deuirgino: uel ad feminas: ut futuro nubeo deuirginor possu-
mus tamē in altero sexu transferre: uel figurat uel per illusionē uel per epico-
nū: ut si dicā bona aīa ē quae istā uirginē deuirginauit: uel bonus ani-
mus qui illi marito nupsit. bene igitur dicitur quod omnia uerba & partici-
pia apta sunt ad omne genus dici. **D**i. cuius ca: **M**. nominatiui in hoc loco

potest esse tamen & uocatiuū. **O**mnia enim nomina siue participia nominatiuū & uocatiuū simile habent: exceptis grecis & in ius. desinētibus secūda declinatiōis. cuius ppria si ante us i habuerint: abiecta us uocatiuū faciunt: ut **Virgilius Virgili: Terētius Terenti. Alia** uero in e cōuertētia faciunt uocatiuum: ut **turnus turne: socius socie: myrtus myrte. Virgi. in buco. Et uos o lauri parcam: & te pxiā myrte.** potest tamē etiā inueniri i huiuscemodi saxe euphonia uel metri cā noiatiuū p uocatiuo positū: ut **Luca. Degener o populus uix sæcula lōga deoz: populus p popule posuit: & Virg. Corniger hesperidum fluuius regnator aquarū: fluuius pro fluuie posuit. Di. cuius ē temporis: Ma. præsētis. uulla cīm participia in duas consonātes desinētia tēporis præteriti uel futuri inueniūtur. Sciēdū autē q̄ quō participia præteriti tēporis cōiuncta cū uerbis tēporis præsētis præteritū tēpus significāt: ut lectus sū es ē: sic participia præsētis si cōiugant uerbis præteriti tēporis: loco præteriti tēporis accipiuntur: ut amans feci studēs legi. **Di. cuius significationis: Ma. actiua. nascitur cīm a uerbo lachrymo as at: cuius actiuū uim passiuam: passiuū uim actiuā uidetur habere. Nā patit̄ dolorē qui lachrymat: & facit qui lachrymatur. Multa tamē similia inueniūtur: ut lugeo & lugeor ploro & ploror: formas suorū uerborū uel species habēt participia: ut lecturio lecturiens: feruesco feruescens: curso cursans: cursio cursitans. Di. cuius ē numeri: Ma. singularis figuræ simplicis. Di. cui casui adiūgitur: Ma accusatiuo: ut lachrymās illū. Necessē ē tñm omnia participia his casibus adiungi: quibus & uerba ex quibus nascūtur: ut lachrymo illū lachrymās illū: inuideo tibi inuidēs tibi: misereor tui miserēs tui. Nā si in aliū casū trāseāt pdūt uim participii: & ad noiā trāfferūtur: ut si dicā amās illum participiū est: quia & amo illū dicimus. Sin autē amans illius nomē est quod significat ἀγαπῶ τὸν ἐκείνου. Vnde etiā cōpatio nem accipit amātor amantissimus. Similiter timens illum & timēs illius: fugiens illū & fugiēs illius: ut **Terē in phor. Fugitās litiū. Semper** tamē ex participio. p. t. & tria gerūdīa participialia solēt nasci ablata & addita di do dū: ut amās di do dum. Et participiū futuri passiuū lachrymandus a lachrymor: & tamen etiā nomen οδασπύτῆος. **Di. declina uerbum tā actiuum q̄ passiuum lachrymo as at: lachrymor rīs atur. Di. quorā est declinatiōis lachrymās: Ma. tertia. Omnia participia præsētis tēporis tertia sunt declinatiōis: utpote in duas desinētia cōsonantes. præteriti uero tps participia & futuri cū sint mobilia******

masculinū & neutrū secundæ habēt declinationis: fœmininum uero primæ: ut hic & hæc & hoc lachrymās lachrymatus ta tum: lachrymandus da dum: lachrymaturus tura turum: **Classis.** **Ma.** de hoc superius sufficienter tractauimus. **Di.** q; quæ pars orationis ē? **Ma.** coniunctio. **Di.** quid est coniunctio? **Ma.** ps orationis annectēs ordinanq; sententias. **Di.** quot accidunt coniunctiōi? **Ma.** tria: potestas figura ordo. **Di.** cuius est potestatis? **Ma.** copulatiuæ: ordinis postpositiui. **Est autem encliticum & hæc & alia duæ coniunctiones uene: ne uero solet etiam abiecta e encliticā uim possidere: ut in pynhi tanton.** Enclitica que uene præpositiōibus atq; se positis erigūt extremæ syllabæ fastigium: ut ppterq; illū interue homines. **Di.** cuius figuræ **Ma.** simplicis. **Composita** quæ semp postponit: ut atq; quoq; nanq; **Syllabice** quoq; additur in fine: & uim coniunctiōis amittit & enclitice: ut undiq; deniq;. **Itaq;** quādo atepenultima acuto pferit. **Utraque** pleraq; quarit cum sint una ps orationis: nec quæ diuersa uel p cōiunctiōe accipitur. **Cur** nō tertia ab ultimo acutum habuerit. In quo possumus dicere q; accētus masculinor; & neutror; qui penultimus ē acutus: acuit & fœminina in suā lege cōcidētia. **Nec** miū euphoniæ causa hoc in his euenisse: cū in aliis quoq; quibusdā cōpositor; hoc idē inuenit: ut calefacis tepefacis suaue rubēs: quæ oīa debēt secundū analogiā in atepenultima habere acutū: in penultima tamē habuerūt. **Di.** imittit quæ ps oratiōis ē? **Ma.** uerbū: modi indicatiui: formæ pfectæ: cōiugatiōis tertiæ correptæ: generis actiui: nūeri singularis: figuræ cōpositæ ex itegro & correpto. **Nā** cōpositiō mutauit n in m: quia sequēs uerbū ab m incipit. **Solet** enī p uel m uel b sequēte n in m cōueri in cōpositione: ut cōpono cōmitto immitto imbuo **Di.** cuius temporis? **Ma.** præsentis personæ tertiæ. **Di.** declina? **Ma.** **Indicatiuo** modo. t. p. imitto imittebā imisi imiserā imittā. **Impatiuo** mō. t. p. imitte imittat imittamus imittite imittāt: futuro imittito tu imittito ille imittamus titote tunto. **Optatiuo** modo tpe. p. & præterito imperfecto utinam imitterē sissēm tam. **Subiunctiuo** modo tēpore. p. cū imittam terē serim sissē sero. **Infinitiuo** modo imittere imississe. futuro imissum ire uel immisurum esse. **Impsonalia** imittatur batur imissum est uel fuit imissum erat uel fuerat tet. **Impatiuo** imittat imittitor. **Optatiuo** utinā imitteret imissum esset uel fuisset imittat. **Subiunctiuo** mō imittat imitteret imissum sit uel fuerit imissum set uel issit imissum erit uel erit. **Infinita** imitti imissū

esse uel fuisse imissū iri. **Gerūdia** imittendi do dū imissū imissū. **Parti**
cipia actiui imittēs & imissurus, passiuū imittor bar imissus sū uel fū
imissus eram uel ram imittar. **Imperatiuo** imittere tatur: imittamur
imini tantur. imittitor tu tor ille amur: imittimīnor imittuntor. **Op**
tatiuo modo utinam imitterer: imissus essem uel fuissem imittar. sub
iunctiuo modo cum imittar imitterem imissus sim uel fuerim: imis/
sus esse uel sē: imissus ero uel fuerō. **Infinita** passiuā immitti imissū
esse uel fuisse: futuro imissum iri: participia passiuā immissus immitt
endus. **Nomen** uerbale imissor. **Immissio** ipsa res. **Di.** cur missi facit
præteritum? **Ma.** in to desinentia uerba e quidē antecedente tria sūt:
quorum unū in xi facit præteritum pfectum: ut plecto plexi. duo au
tem in xui: necō nexui: pecto pexui. **Sic** **Asp** de uerbo: **Charisius** ue
ro pexi ptulit. e breui ante breui antecedente: in eadē to syllaba ter/
minātia duo inueniuntur: quorū alterq; in ui syllabā: alterq; in ui disūctas
faciūt præteritū. peto petui: meto messui. **Cato** in secūdo originū or
deū demessuit. **Cassius** emina in .v. annaliū. ubi ordeū demessuerūt.
P antecedente unū inuenit incepto inceptui. **R** antecedēte duo uerbo
uertit: & sterto sterti. **T** antecedente unū inuenit: imitto immisi. **Sed**
antecedente s unum sisto steti: quod etiā a sto steti fit. **Cū** igit in si fa
ciunt præteritum pfectū in sum uel in su faciunt: ut læsi lusi risi arsi
læsum læsu arsum arsu risū su: unde & læsus lusus risus arsus. **Di.** fac
composita a uerbo mitto? **Ma.** amitto demitto submitto committo
admitto pmitto præmitto emitto omitto remitto. **Immissarius** re/
missarius. nascitur & missus: sagitta ab emittendo. hic & hæc missi/
lis & hoc missile. **Possumus** etiā hic & hæc missibilis & hoc missibile
dicere: quomodo penetrālis & penetrabilis. **Di.** habenas quæ pars ē?
Ma. nomē. **Di.** quale? **Ma.** appellatiuum. **Di.** cuius spēs? **Ma.** deriua
tiua. **Di.** unde deriuatur? **Ma.** a uerbo habeo. inde & iā aspirationem
habet: p b mutā scribitur. **Nam** auena quæ Ἀόνακα αὐλόν significat
& sine aspiratiōe ē & p u scribit: est igit habena cū aspiratiōe nomen
uerbale. **Di.** cuius generis? **Ma.** sceminini. **Di.** cuius nūteri? **Ma.** plu/
ralis: figuræ simplicis casus accusatiui declinationis primæ. **Di.** cur:
quia omnia in a desinētia declinatiōis primæ sunt: exceptis neutris
quæ græca sūt: & apud græcos i tos faciūt genitiuū: apd nos aut os i
is uertētia tertiæ sunt declinatiōis: ut toreuma toreūatis: schema tis
Litterarum uero nomina tā in a q̄ in alias quascunq; litteras desinē/
tia & apd nos & apud græcos ideclinabilia sūt ut alpha uitta gāma.

Nō eim recte donatus digāma posuit. Ab habeo sit habito habitudo
habitaculū habilis. Cōpolita imbeo cohibeo phibeo exhibeo .

TV quoq; littoribus nostris ancīa nutrix. **Di.** quot cāsuras
habet? **Ma.** duas: semiquinariā & semiseptenariā. **Tu** quoq;
littoribus nostris. **Di.** quot figurarū ē? **Ma.** x. habet eim tres
dactylos & duos spōdcos. **Di.** tracta singulos pedes? **Ma.** tu quoq;
littori:busnos:trifā:neia:nutrix. **Di.** quot habet ptes orationis? **Ma.**
sex: noīa tria: littoribus ancīa nutrix: pnoīa duo tu nostris: cōiūctio
nē quoq;. **Di.** tracta p singulas ptes? **Ma.** **Tu** quoq;. **Di.** tu quā ps ē
Ma. pnomē. **Di.** quid ē pnomē. **Ma.** ps oratiōis quā p pprio noīe
uniuscuiusq; accipit: psonalq; finitas recipit. **Itē** aliter: **Pronomen** ē
ps oratiōis quā p nomie posita tantūdem pene significat: psonāq; i
terdū recipit. **Ad**to autē dico pene: quia substantiā tamē significat: nō
tamē etiā qualitātē quō nomē. bene igit uidef fecisse qui carētia pso/
nis finitis sepant a pnomibus. **Pronomē** pprie quod pprio nomie
ponit. **Itaq;** quia ppria noīa plus aliis oibus noibus finita sunt: ceter/
tam eim aliquā rē significāt. **Pronomen** quoq; quod loco ppri noīs
accipit: debet finitas psonas habere. **Sūt** igit pnoīa de quibus nulla
dubitatio ē qndecim: octo primitiua: & septē deriuatiua. **Primitiua**
quidem personā primā ego & obliqui casus eiusdem pnominis: se/
cundā tu: tertiā uero sex: sui ille iste is hic ipse. **Deriuatiua** primā p
lonā meus noster nostras: secundā tuus uester uestras: tertiā suus.
hac tam apud uos q̄ apud grācos: pnomina ab omnibus accipiunt
Cetera quoq; quā sunt inhñita uel interrogatiua uel relatiua substā
tiā: uel qualitatis uel quātitatis uel numeri magis noīa dicenda sunt
q̄ pnomina substantiā infinitum uel interrogatiuū: ut quis relatiuū
ut qui. **Infinitū** uel interrogatiuū uel relatiuū qualitatis: ut qualis si/
gnificat enī ὁ ποῖος & penultimo acuto quod ē interrogatiuū. & πο/
σος ultimo acuto. **Infinitū**: & ποσός relatiuū eius reddituū talis quā
titatis. **Interrogatiuū** uel infinitū uel relatiuū quātus: significat enim
ὁ ποσός penultimo acuto qd est interrogatiuū: ultimo acuto ὁ ποσός
quod est rela iuū. **Reddituū** eius tantus. **Numeri** interrogatiuū & i
finitū & relatiuū quod: significat enim ποσός penultimo acuto qd est
infinitū: & ὁ ποσός quod relatiuū eius reddituū tot. **Deriuatiuū** eius
quod est: quis cuius cuium: & cuias: & ab eo quod est quot quo
tus & quotennis & quotenus. **Quibusdam** ab eo quod est tot uide/
tur esse totus: sed alia uidetur esse significatio. **Hac** tamen nomina

prædicta pleriq; latinæ artis scriptor; pnomina esse infinita dixerunt.
Nec mi; cū didymus quoq; & multi alii uetustissimi græcor; inter ar/
ticulos hæc numerauerunt. **R**omani uero cū articulos non habeant inter
pronomina hæc posuerunt. tanta aut uidet esse cognatio articulo; &
pnominum q; stoici in una parte oratiōis utriq; esse putant articulos
finitos pnomia dicētes: quæ uero grāmatici græcor; cor; iter articulos
ponūt illi infinitos dicebāt esse articulos: **N**ec nō etiā supradictas dicti/
ones quas **A**pollonius herodianusq; & dionysius iter nomina rationa
biliter posuerūt: **H**æc autē latius in libro qui ē de pronomine tractauī
mus. **S**ed ut breuiter dicā loco pprior; nominū nō possunt accipi ea
quæ generalia sūt etiā appellatiuor;: quod suū est pnominū. **N**ā dicē
tes quis: interrogamus de omni substātia uel qualis de omni qualitate
uel quātus de omni quātitate: uel quot de omni numero. **P**ronomē:
quoq; definita alicuius personæ uult esse: & rem certā significare. **D**i.
quor; accidūt pnomini: **M**a. sex: spēs ge: nu: si: p: & ca. **D**i. cuius spēs
Ma. primitiua. **D**i. fac ab eo deriuatiuū: **M**a. tuus a um: & aduerbiū
tuatim & per κατὰστυ τὸν ἑπεκτάσιν. **T**uapte te correpta: ut o tite
tute tati tibi tante tyranne tulisti. **D**i. cuius generis: **M**a. communis
trium generū: quomodo enī apud græcos ὅσοι ἢ οὐ τόσων. triū sunt
coia generū: sicut apud nos ego & tu mei tui sui. **N**umeri singularis:
figura simplicis: psonæ secundæ: casus noiatiui & uocatiui: hic autē
magis nominatiuus est: cum per apostrophē dicitur quæ exigīt no
minariuum & cum quoq; modo coniūctum quod ad alios nomina
tios relatū est: ut misenus & palinurus. tu quoq;. **D**i. quoq; quæ ps
est: **M**a. coniūctio: & accipit pro &. potest tamen etiā loco aduerbiū
inuenire hāc dictionem positam. ut **M**ulta quoq; & bello passus dū
cōderet urbem. **H**ic eim pro similiter necesse est id accipi cū sequitur
&. **D**i. quid ē coniūctio: **M**a. ps oratiōis annectēs ordināq; sententi
am. **D**i. quot accidūt coniūctiōi: **M**a. tria: potestas ordo & figura.
Di. cuius potestatis: **M**a. copulatiua. **D**i. cuius ordinis: **M**a. postpo
sitiui: uetustissimi tamen solebant etiā præponere eam figuræ com/
positæ ex corrupto & integro: quo enim modo corripitur: quod si p
duceretur esset integrā ps. **D**i. quæ accētum habet: **M**a. penultimum
acutum: omnes fere coniūctiōes postpositiua: generalem seruāt ac
cētuum regulā. **D**i. littoribus quæ ps oratiōis ē: **M**a. nomē. **D**i. qua
le: **M**a. appellatiuū: generis neutri: numeri pluralis figuræ simplicis
casus datiui: declinatiōis tertiæ correpta. **D**i. cur: **M**a. quia omnia in

us desinentia neutra declinationis tertiae sunt: & in tis faciunt genitium.
Excipit pus indeclinabile & uirus: quod **Lucretius** secundae posuit de
clinationis. diri primordia uiri: pelagus uero graecum est: hoc pelagus
pelagi: & uulgius uulgi tam masculinum quam neutrum. **Di.** quot differentias
habet penultima genitui in ris terminantium? **Ma.** supradicti casus
neutrorum nominum in uerbis adiacet quae correpta penultimam habuerit
seruatur ante ris genitui: ut mūero munus muneris: uulnero uulnus
uulneris: sydero lydu syderis. ex quo componitur cōsydero & desydero
latero latus lateris: opor opus opis. **Si** uero monosyllaba sint & pdu
cunt u in nominatio & seruatur u ante ris genitui quoque producunt: ut ius
iuris: thus thuris: plus pluris. **Si** uero sunt compatiua masculinorum
eorundem & foemininorum lequuntur genitium. i. o penultimam seruatur ante ris
ut minor minus minoris: maior maius maioris. **Alia** uero o correpta
habent ante ris: ut corpus corporis: pectus pectoris: littus littoris: pi
gnus pignoris: foenus foenoris: quis uerba eorum magis e penultimam
habent pignero. foenero. **Di.** fac deriuatiuum ab eo? **Ma.** littoreus & lit
toralis: quidam autem littus τοῦ λιτάνευω uolunt esse: quia pficiscetes &
reuertetes solent ibi uota concipere & dona litrare. **Di.** quales? **Ma.** deri
uatiuum uel possessiuum. **Di.** nostris quae ps est? **Ma.** pronomen deriuati
uum. **Di.** ex quo casu solent deriuari. **Ma.** ex genitio: ut nos nostrum
uel nostri noster. **Idem** sine dubio ex singulari numero ostendit. Ego
mei meus: tu tui tuus: sui suus: unde & penultima corripuntur. **Di**
cuius generis? **Ma.** neutri. **Sed** sciendum quod omnis datiuus & ablati
uus pluralis tam in omnibus mobilibus quam in pronominibus & partici
piis communis est trium generum. **Di.** cuius numeri? **Ma.** pluralis: figu
rae simplicis: casus datui. **Omnis** autem datiuus & ablatiuus pluralis
similis est: ut dictum est. **Di.** unde possumus scire differentias? **Ma.** a
iunctura & ordinatioe: id est ἀπό τῆς συνάψεως καὶ τάξεως quod facile
potest sciri ex singularium iunctura: quae non habet similes datiuum
& ablatiuum: ut omnibus primae declinationis nominibus. & tertiae
in e terminantibus ablatiuum: & quarta & quinta: in his enim ma
nifeste ostendit casus differentiam. **Cum** uerbum igitur dedisti sine
dubio datiuum exigit si quod supradictarum declinationum nomi
num ordines necesse est datiuum etiam adiungere: ut dedisti poetae
uel homini uel senatui uel rei. **Non** licet enim nisi datiuum huic uer
bo adiungere. **Et** nota quod quattuor habent etiam declinationum dif
ferentias pronomina. **Sunt** enim quaedam quae tam genitium

q̄ datiuum in i terminant quæ sunt tria: & coia tr̄ium generū: ut ego
 mei mihi: tu tui tibi: sui sibi. **S**unt quæ genitiuum in ius: datiuum
 uero in i p̄ferunt: quæ sunt coia triū gen̄er̄: ut ille illius illi ipse ipsius
 ipsi iste istius isti: hic huius huic is eius ei: **S**ūt alia quæ sequuntur se/
 cuudā declinationē mobiliū nominū: qualia sunt possessiua meus a
 um: tuus a um: suus noster & uester. **S**unt & alia tertiæ declinationis
 nominū declinationē seruantia: nostras uestras nostratis & uestratis
Di. aenea quæ pars orationis est. **Ma.** nomen. **Di.** quale. **Ma.** appel
 latiuū: quāuis enim possessoris nomen p̄prium significat: tamen ois
 possessio eius cōmune hoc nomen pōt habere: ut aenea mater. aenea
 nutrix: aenea mens: aenea fames: aenea facies: aenea manus: aeneus
 ager: aeneus filius: aeneus ensis: aeneū lumē: aeneum munus: aeneū
 regnum. **Di.** cuius generis. **Ma.** fœminini: numeri singularis figuræ
 simplicis declinationis primæ. **Di.** ex quo uomine deriuatur. **Ma.** ab
 aenea: de quo superius latius diximus. **Di.** nutrix quæ ps orationis ē
Ma: nomeū. **Di.** quale. **Ma.** appellatiuū. **Di.** cuius speciei. **Ma.** appel
 latiuorū uerbalis. **Di.** ex quo uerbo masculinum eius nascitur. **Ma.** a
 nutrio: solent autē in tor uerbalia in trix facere fœminina: mutata tor
 in trix: ut lector lectrix. **I**n supradicto uero euphonia causa uel alter
 nitatis: id est π̄ραλληλότης τος trisyllaba subtracta est cōtra regulā
Cum enim nutritor sit masculinum debuit fœmininum nutrix esse:
 sed absurditas soni minuit syllabā. **Di.** a quo uerbo deriuatur? **Ma.** a
 nutrio tris trit. **Di.** declina uerbū: **Ma.** nutrio uerbū actiuū. **I**ndicati/
 uo mō dictū. t. p. nūeri singularis figuræ simplicis cōiugatiōis quar/
 tæ p̄sonæ primæ qd̄ declinat sic. **N**utrio tris trit: mus tis unt. **E**odem
 mō tpe praterito imperf̄cto nutriebā bas bat: bamus batis bant. **E**odē
 mō tpe praterito p̄fecto nutriui sti uit: & pluraliter nutriuimus stis
 runt uel re. **E**odem modo tēpore praterito plusq̄perfecto nutriaeram
 nutriueras nutriuerat: ramus ratis rant. **E**odem modo tpe futuro nu/
 triam es et. **I**mpatiuo mō. t. p. ad secundam & tertiā p̄sonā nutri nu/
 triat nutriamus te ant. **E**odem modo. t. futuro nutrito tu to ille. nu/
 triamus tore triūto. **O**ptatiuo modo tpe præsenti & praterito imper/
 fecto utinam nutrirē res ret: nutrirēmus nutrirētis rent. **E**odē modo
 tpe praterito p̄fecto & plusq̄perfecto utinā nutriuissē ses set: nu/
 triuissēmus setis sent. **E**odem modo tpe futuro nutriam as at: utinā
 nutriamus tis ant. **S**ubiunctiuo modo tpe præsenti cū nutriā as at:
 amus tis at. **E**odē mō. t. praterito imperf̄cto cū nutrirē es et: mus tis et.

Eodem modo. t. praeterito perfecto cū nutriuerim is it: nutriuerimus
 tis rint. **E**odem modo. t. praeterito plusq̄perfecto cum nutriuissem es
 set: emus etis ent. **E**odē modo. t. futuro cum nutriueris ris rit: rimus
 tis rint. **I**nfinitiuo modo. n. & personis. t. praesenti & praeterito imp/
 fecto nutrire: praeterito pfecto & plusq̄perfecto nutriuisse: futuro nutri
 tum ire uel nutriturum esse. **V**erbo impersonali nutritur batur nutritū
 est uel fuit: nutritum erat uel fuerat: futuro nutriet. **I**mpatiuo modo
 nutriatur nutritor. **O**pratiuo utinam nutriret nutritum esset uel set:
 nutriat. **S**ubiunctiuo modo cum nutriat nutritet nutritum sit uel fu
 erit: nutritum esset uel set nutritum erit uel fuerit. **G**erundia uel p̄ci
 pialia nomina nutriendi do dum: nutritum nutritu. **D**uo p̄cipia ue
 niunt a uerbo actiuo praesens nutriens: futurum nutriturus ra rum.
Eius passiuum **I**ndicatio modo nutritor bar tus sum uel fui: tus erā
 uel fueram: nutriar. **I**mpatiuo nutrire atur: amur ni ātur. **F**uturo nu/
 tritor tu tor ille: nutriamur nor. untor. **O**pratiuo utinā nutrirer: tus
 essem uel fuisset: nutriar. **S**ubiunctiuo cum nutriar rer: ritus sim uel
 fuerim: tus essem uel fuisset: tus ero uel fuero. **I**nfinitiuo modo nu/
 triri: tum esse uel fuisse. futuro nutritum iri. **D**uo p̄cipia ueniunt a
 uerbo passiuo: praeteritum nutritus ta tum: futurum nutriendus da
 dum. **N**omen uerbale nutritor & nutrix: ipsa res nutritio. **D**i. fac ab
 eo deriuatiuū. **M**a. nutricula quae est diminutiū: ut **I**uuenals. **G**al
 lia uel potius nutricula caudicorum. **V**t belli signum laurenti tur
 nus ab arce. **D**i. scande uersum. **M**a. ut cl: lisi: gnūlau: renti turnus
 ab arce. **D**i. quot caesuras habet. **M**a. semiquinariam. **D**i. quomodo.
Ma. ut belli signum. **D**i. quot figurarum est hic uersus. **M**a. quinque
Di. quare. **M**a. quia constat ex quattuor spondeis & uno dactylo &
 uno trocheo. **D**i. tracta p̄ singulos pedes. **M**a. ut bel: lisi: gnūlau: rēti
 turnus ab arce. **D**i. quot ptes oratiōis habet. **M**a. septē. **D**i. quot ncia
Ma: qnq: belli signū laureti turnus arce. **D**i. quid aliud. **M**a. aduer/
 biū ut: & praepositionē ab. **D**i. ut quae ps oratiōis ē. **M**a: hic aduerbiū
 tēpale: alias aut̄ similitudinis pōt esse: & adiecta i tamē eandē signifi
 cationē habet uti: cui addit̄ nā: & fit aduerbiū optatis utinā. **S**imili/
 ter compositum cum uelut: & ueluti aduerbium similitudinis ē: q̄do
 ὅτι uel ἵνα gr̄cum significat: pro coniunctione causali accipitur.
Est etiam quando optatiū est: ut **T**erentius in phormione. **V**t illum
 dii omnes deaq; pdant. **D**i. belli quae pars orationis est. **M**a. nomen
